



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

8. Impedimentum victualia Romam conuehendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Turcas, aliosque Christiani nomini-
nis hostes (v. g. Iudæos, Sarace-
nos, Paganos aliosque, qui non
adhærent Mahometicæ sectæ.)
aut Hæreticos à Pontifice nomi-
natim declaratos, gerentes bellum
cum Christiano Principe. Item
annuntiantes per se vel alios præ-
fatis hostibus, quæ in damnum
Christianorum vergere solent, at-
que illis auxilium, consilium, fa-
uorem in eorundem perniciem
præstant.

*Excipe qui talia donant, vendunt ob
gratitudinem aut benevolentiam.*

*Item Christianos qui tempore belli
sub periculo vitæ compelluntur
contra Christianos remiges tra-
here.*

VIII. Impedientes victualia, &
alia necessaria Romam conuehi,
aut qui impedientes per se vel ali-
os defendunt.

*Excipe Principes, qui iusta de causa
pro-*

prohibent commeatum, ut g̃ ut suæ
ditionis necessitati magis prospici-
ciant.

IX. Interficientes mutilantes,
spoliantes capientes, detinentes
per se vel alios ad Sedem Aposto-
licam accedentes, vel recedentes,
aut qui sine iurisdictione ordina-
ria, vel delegata Pontificis, (eam
tamen sibi temerè vendicant) a-
pud eandem commorantes dictis
iniuriis afficiunt.

Nomine Curiæ non venit Vrbs Roma,
aut Ciuitis Curia, sed Sedes Apo-
stolica. Et necesse omnino est, ut
personæ hic in protectionem rece-
ptæ ad diētām sedem accedant, aut
ab illa recedant ex re, respectu ne-
gotiorum quæ inibi geruntur.

X. Interficientes, Mutilantes,
vulnerantes, detinentes, capien-
tes, deprédantes Romipetas, seu
Peregrinos ad Vrbem deuotionis
seu Peregrinationis ergò accedē-

C 3 tes